

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt: 1. Pastoral Schreiben des österreichischen Gesamt-Episcopates an den Clerus. — 2. Adresse des österreichischen Gesamt-Episcopates an den Heiligen Vater. — 3. Antwortschreiben des Heiligen Vaters auf die Adresse der Bischöfe. — 4. Das 25jährige Pontificats-

Jubiläum Seiner Heiligkeit Papst Leo XIII. — 5. Pfarrconcurs-Prüfungen. — 6. Abholung der heil. Öle. — 7. Versicherungsfrage gegen Brandschaden.

1.

Pastoral Schreiben des österreichischen Gesamt-Episcopates an den Clerus.

Archiepiscopi et Episcopi Austriae Dilecti
ac Venerabili Clero suo salutem in Domino!

Venerabiles fratres!

Sacris muneris nostri officiis satisfacturi supremique Ecclesiae Pastoris Leonis PP. XIII monita¹ secuti, iterata vice significavimus vobis, quae pugnae contra s. Matrem Ecclesiam, imprimis in patria nostra, in dies excitentur acriores, tristesque exposuimus eventus, societati christianae exinde minitantes.

Verumtamen infesti conatus illi nequaquam recesserunt, immo annis novissimis acerbiter induerunt atque vehementiam, quae nonnisi ex fine proposito intelligitur, quem eorum auctores et fautores omni studio persequuntur. Id sane potissimum agitant, ut de ministrorum Ecclesiae dignitate quam plurimum detrahant eorumque auctoritatem foedissima subvertant infamatione. Eo consilio ad ultimos usque terrae fines excurrentes cleri catholici mores et vitam explorant, et quidquid sive veri sive falsi et commenticii clerico exprobratur, undique conferunt et argutia vere diabolica in diariis et ephemeridibus publicis iterum atque iterum in medium proferunt atque diffundunt. Et — quod maxime dolendum — haec calumniosa cleri de societate optime meriti criminatio neque per leges latas efficaciter reprimatur neque a magistratibus et in publicis comitiis semper inhibetur, ita ut Ecclesia catholica eiusque ministri extra legem positi et a communi omnibus civilis humanique iuris tutela paene exclusi esse videantur.

Revera, venerabiles fratres, tempus illud advenisse videtur, de quo Redemptor et Magister noster ait: „Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.“² „Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo. Et haec facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me.“³

Et quae est causa talis tantique odii? Salvator noster eam indicat dicens: „Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo foissetis, mundus, quod suum erat, diligeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt.“¹ „Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, et servo, sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius?“²

Haec est autem consolatio nostra: Eadem sorte fruantes coniuncti sumus cum Domino et Magistro nostro. Numquid secus fieri potest? Christi corpus sumus! „Vos estis corpus Christi et membra de membro.“³ „Sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita et Christus.“⁴ „Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetae? numquid omnes Doctores? . . . Aemulamini autem charismata meliora.“⁵

Unde neminem latere potest, qualem Iesus Christus aedificaverit Ecclesiam et quem in sacro hoc aedificio posuerit ordinem. Nemini autem licet, hoc aedificium labefactare vel immutare, quin opus Christi contemnat. Quod Christi in terris Vicarius in epistola ad Archiep. Turonen. testatus est verbis: „Divinum quippe aedificium, quod est Ecclesia, verissime nititur in fundamento conspicuo, primum quidem in Petro et Successoribus eius, proxime in Apostolis et Successoribus eorum, Episcopis, quos, qui audit vel spernit, is perinde facit, ac si audiat vel spernat Christum Dominum.“ Qua veritate repetita in epistola ad

¹ Epist. ad Archiepp. et Epp. Austriae d. 13. Mart. 1891.

— ² Matth. 24, 9. — ³ Ioan. 16, 2. 3.

¹ Ioan. 15, 18—20. — ² Matth. 10, 25. — ³ I. Cor. 12, 27.

— ⁴ Ibid 12. — ⁵ Ibid. 28—31.

Archiepp. et Epp. Galliae¹ sic pergit: „Audite igitur, quae praeclarus ille Martyr Antiochenus, S. Ignatius, Ecclesiae primitivae clero exposuit: „Omnes Episcopum sequimini ut Christus Iesus Patrem . . . Sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad Ecclesiam spectant.“² „Quemadmodum itaque Dominus sine Patre nihil fecit, . . . sic et vos sine Episcopo.“³ „Vestrum presbyterium ita coaptatum sit Episcopo, ut chordae citharae.“⁴ „Si aliter ageritis,“ addit Leo PP. XIII, „hoc obsequio et hoc vinculo cum Episcopis neglecto, spectat ad vos, quae Praedecessor Noster Gregorius PP. XVI pronuntiavit⁵: „Quantum in vobis est, ordinem ab auctore Ecclesiae Deo providentissime constitutum, funditus evertitis.“

Sic Sanctissimus Dominus noster Leo PP. XIII Christi mandatum adimplevit: „Et tu . . . confirma fratres tuos.“⁶

Attamen et nostrum est, venerabiles fratres, ut quod mandavit Dominus Petro facere Apostolis, faciamus et vobis, cooperatoribus nostris. Quodquidem, omnia ceterum studia in animarum salute a vobis collocata, omnes curas in eam impensas omnesque labores pro ea exantlatos gratissimo animo recolentes, hisce literis pastoralibus adimplere studemus.

In media pugna collocatis acerrima, in qua de aeternae salutis humanae conditionibus agitur, colluctandum nobis est „adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae, in coelestibus“.⁷ Securi quidem sumus de ultimo pugnae exitu, quum Dominus Iesus nos confortet dicens: „Confidite; ego vici mundum.“⁸ Ast strenue fortiterque dimicandum est; nam idem Dominus protestabatur: „Non veni pacem mittere, sed gladium.“⁹ Attamen „ut castrorum acies ordinata“¹⁰ et acutissime coadunati ingredi debemus in hanc pugnam spiritualem. Nullus sit discordiae locus, ne hostis malignus ullam invadendi atque perturbationem inferendi inveniatur occasionem; nam „omne regnum divisum contra se desolabitur, et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit. Qui non est mecum, contra me est; et qui non congregat mecum, spargit.“¹¹ Iam veteris testamenti historia docet nos, tristes exoriri casus, si milites Dei disciplinam neglexerint. „In die illa,“ ut narrat auctor I. lib. Mach.¹², „ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in praelium. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.“

Quomodo autem stabit in pugna sacerdos Novae Legis, sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui totus coelestis, totus spiritualis, totus rebus divinis deditus, verus

homo Dei esse debet, dicente S. Paulo: „Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitae habens, assimilatus autem Filio Dei“¹³? Carnem et sanguinem a parentibus ducens et in medio cuiusdam nationis collocatus, non est, cur sacerdos eisdem naturali quodam affectu non adhaereat, attamen sacris ordinibus in aliam, supernaturalem, Iesu Christi familiam est evectus et populo adscriptus, qui absque ullo gentis aut linguae discrimine usque ad fines terrae pertingit. Dei autem populo mancipati nos non amplius nostri, sed Ecclesiae sumus, a qua una cum ministerio et munere dignitatem quoque ac honorem accepimus. Illi ergo serviamus et omnifervore promovere nitamur, quae ad huiusce s. Matris nostrae utilitatem et exaltationem conducunt, ut singuli cum S. Apostolo profiteri possimus: „Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps eius efficiar.“¹⁴

Sed in his non licet acquiescere. Quodsi enim inquirimus causas malorum, quae in praesenti adeo deploramus, non solum in alios, sed et in nosmetipsos oculos conicere oportet. Quum enim factum est, ut disciplina sit dissoluta, fides deficiat pietasque languescat? Num forsitan in Domini sanctuario nil fuerimus nisi nubes obscura, quae non dedit aquam et Ecclesiam obscuravit?

Venerabiles fratres! Quia mundus nos odit, pessimam quoque suspicionem in nos confert, praesertim hisce temporibus. Nostrum itaque est, acriori studio contendere, ut satisfaciamus monito Apostoli: „Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.“¹⁵ Vix est, quod ad defendendam veritatem auctoritatemque calumniatoribus nostris obmovere poterimus, efficacius. Vita nostra zeli nostri vera est imago. Propterea, o homo Dei, ne sis homo mundi, deditus terrenis cupiditatibus, nec servus libidinum atque errorum! Vocatus in ministerium Dei ad salvandas animas ne te implica sine causa urgenti negotiis mere saecularibus.¹⁶ Vas spirituale cum sis portans thesauros Ecclesiae, cave ne quid sordidi illos contamine, neve vasa Dei in usum perversum convertantur. Sequere Apostolum admonentem: „Omnia autem facite sine murmurationibus et haesitationibus, ut sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravae et perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.“¹⁷ Quo in altiore loco Deus te posuit, quo propius te attraxit ad se: eo magis eius similitudinem assequi stude; nam haec est voluntas Salvatoris nostri: „Estote vos perfecti, sicut et pater vester coelestis perfectus est,“¹⁸ hoc est monitum Apostoli: „Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.“¹⁹ Quod Synodus quoque Tridentina clericis inculcat dicens: „Quum enim

¹ D. 8. Sept. 1899. — ² Ad Smyrn. 8. — ³ Ad Magn. 7. —

⁴ Ad Ephes. 4. — ⁵ Epist. Encycl. d. 12. Aug. 1892. — ⁶ Luc. 22, 32. — ⁷ Ephes. 6, 12. — ⁸ Ioan. 16, 33. — ⁹ Matth. 10, 34. —

¹⁰ Cant. 6, 3. — ¹¹ Matth. 12, 25. 30. — ¹² 5, 67. 62.

¹³ Hebr. 7, 3. — ¹⁴ I. Cor. 9, 22. 23. — ¹⁵ II. Cor. 6, 3. —

¹⁶ II. Tim. 2, 4. — ¹⁷ Phil. 2, 14. 15. — ¹⁸ Matth. 5, 48. — ¹⁹ Tim. 4, 12.

a rebus saeculi in altiore sublati locum conspiciantur, in eos, tanquam in speculum reliqui oculos coniciunt ex eisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant; levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.¹ Hortamur itaque vos, Dei ministros, ut vitae clericalis honestatem quam religiosissime custodientes non solum peccatum, sed speciem quoque peccati fugiatis.

Quum diuturna experientia compertum sit, ad vitam sacerdotalem sanctificandam magnopere exercitia spiritualia conducere, monemus vos, venerabiles fratres, ut sedulo eisdem vacetis, quibus, uti Clemens PP. XI nos edocet, „ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad divinaram rerum contemplationem extollitur, recte sancteque vivendi norma vel instituitur vel confirmatur.“²

Quo maiora autem pericula saluti animarum imminet, eo magis crescat oportet zelus noster eas tuendi et salvandi. Diabolus circuit cum millibus sociorum, zizania seminans infidelitatis et peccati in agro Domini; numquid patientur ministri Salvatoris hanc segetem perniciosam crescere Deique triticum suppressi? Lupi rapaces ovile Dei invadunt; nonne pastores, in eius custodiam constituti, eos arcere contendunt? Oves ad abyssum approperant; nonne pastores eas sequuntur, ut periclitantes revocent et salvent? Sunt quoque, qui, ut verbis prophetae utamur, „visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini“;³ numquid sacerdotes applaudent eis?⁴

Rogamus itaque vos cum gentium Apostolo: „Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.“⁵

Studeamus, venerabiles fratres, sacra muneris nostri officia adeo pie et ferventer exsequi, ut mentes tepidae et frigidae ad coelestia convertantur et sancta consilia et proposita in eis excitentur. Panem verbi divini esurientibus tam sedulo praeparemus et frangamus, ut eius suavitas eos alliciat, et ad recipiendum pronos attentosque faciat. Oves nobis concreditas ita regere et moderari nitamur, ut duritiem cordium animorumque asperitatem patientia, religionis contemptum zelo, aversionem a fide devotione superemus, Spiritu Sancto venturum Salvatorem delineante verbis: „Calamum quassatum non conteret et linum fumigans non exstinguet.“⁶ Studeamus, uti Beatissimus Pater, gloriosissime regnans et temporum nostrorum indigentias perspicuens, monet⁷, „omnigeno armorum genere e scientiis de prompto“ parati semper esse „ad satisfactionem omni

poscenti rationem de ea, quae in nobis est, spe;“¹ „et exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere.“²

Aliam adhuc rem, quam temporis nostri indoles quam maxime exigit, silentio praeterire non possumus, ut videlicet adversus eos, qui ad perversas opiniones serendas moresque labefactandos diariis et ephemeridibus abutuntur, adsint quoque homines scientia ac virtute praediti, qui eadem via animos torpore languentes excitent fideique nostrae veritatem strenue tueantur. Quae tamen emolumenta, monente Sanctissimo Domino nostro Leone PP. XIII, nonnisi tunc „evenient, si eiusmodi scriptores officia accuraverint eorum propria qui pro causa optima dimicant. Scilicet . . . ut, comite moderatione, prudentia, charitate, veri rectique principia tutentur firmiter, Ecclesiae iura sanctissima adserant, Sedis Apostolicae maiestatem illustrent, eorum, qui rempublicam gerunt, auctoritatem vereantur: in quibus tamen officiis, Episcoporum, ut aequum est, adamare ductum, consilia sequi meminerint.“³

Ea quoque imprimis cleri saecularis in praesenti est conditio, ut etiam in publicum prodire debeat, et ubicunque de veri et iusti principiis agitur, pronus et paratus sit ad ea defendenda. Quare non tantum in cultu divino celebrando et in sacramentorum administratione sit fervidus, sed in iis quoque rebus, quae ad bonum commune spectant, populo dux sit eumque cura et opere adiuvet. „Qua enim mente,“ docet S. Gregorius, „is, qui proximis profuturus enitesceret, utilitati ceterorum secretum praeponit suum; quando ipse summi Patris unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum.“⁴ Congregate igitur venerabiles fratres, fideles curae vestrae concreditos eosque unite, ut eos efficacius tueri possitis a periculis, quae imminet eorum saluti tam aeternae quam temporali. Fovete pietatis ac caritatis christianae societates pro diversis conditionibus et necessitatibus erectas, unde in omnes ubera commoda redundent. Attamen sedulo arcete et cavete, quidquid rixas commovere pacemque turbare possit.

Multa magnaue revera hac nostra aetate a clero pertractanda sunt negotia; in omnibus autem maximam curam et cautelam adhibere opus est, ut a recto tramite numquam devietur aptisque semper mediis Ecclesiae populi christiani prosperitati consulatur. Nefandum vero scelus perpetrant, qui Ecclesiam, quae est regnum Dei et corpus Christi, scindere conantur, eousque gentium indoli indulgentes, ut ecclesiis nationalibus originem dare hand vereantur. Sed Christus nullo pacto, neque in se neque in mystico suo corpore, divisus est, omnem detestatus scissionem, dum Patrem enixis rogavit precibus: „Et pro eis rogo, qui credituri sunt . . . in me, ut omnes unum

¹ Sess. XXII. de Reform. c. 1. — ² Lit. Apost. d. 1. Febr. 1710. — ³ Ierem. 23, 16. — ⁴ Ibid. 5, 31. — ⁵ I. Thess. 5, 14. — ⁶ Is. 42, 3. — ⁷ Epist. ad Epp. Peruv. d. 1. Mai. 1894.

¹ I. Petr. 3, 15. — ² Tit. 1, 9. — ³ Epist. ad Epp. Peruv. d. 1. Mai. 1894. — ⁴ Past. P. 1., c. 5.

sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.¹

Si unquam, sane nostris temporibus cum Domino dicere licet: „Venit princeps mundi huius.“ O vos felices, si singuli vestrum cum Christo addere potestis: „In me non habet quidquam!“² Quapropter sequimini doctrinam et praecepta s. Matris Ecclesiae in omnibus, quaecunque agitis et tractatis. Tuemini, quantum in vobis, fundamentum auctoritatis! Ecclesia enim nunquam desiit, obsequium ex conscientia praedicare et tumultus seditionesque detestari. Id et vestrum est, qui vocati et constituti estis, obsistere iis, qui res publicas perturbare atque subvertere anhelant.

Deus avertat, ut Satana incessanter circumeunte et Christi discipulos sicut triticum cribante³ animum despondeamus. Nunc autem elevatis ad coelum oculis et manibus oremus fraterna coniuncti caritate Patrem misericordiae: „Deus virtutum convertere! Respice de coelo et vide et visita istam“ dilectissimae patriae nostrae „vineam et perfice eam, quam plantavit dextera tua!“⁴

Datum Viennae, mense Novembri 1901.

Antonius Joseph Cardinalis Gruscha, Archiepiscopus Viennen. — **Georgius Cardinalis Kopp**, Episcopus Vratislaviensis. — **Jacobus Cardinalis Missia**, Archiepiscopus Goritien. — **Leo Cardinalis de Skrbensky**, Archiepiscopus Pragen. — **Ioannes Cardinalis Pužyna**, Episcopus Craco-

¹ Ioan. 17, 20, 21. — ² Ioan. 14, 30. — ³ Luc. 22, 31. — ⁴ Ps. 79, 15, 16.

vien. — **Ioannes**, Archiepiscopus Salisburgen. — **Theodorus**, Archiepiscopus Olomucen. — **Andreas**, Archiepiscopus Leopoliensis. Ruthenorum. — **Ioeseh**, Archiepiscopus Leopoliensis. Latinorum. — **Matthaeus**, Archiepiscopus Iadren. — **Emmanuel Ioannes**, Episcopus Litomerien. — **Franciscus Sal.**, Episcopus Brunen. — **Simon**, Episcopus Brixin. — **Ioannes Bapt.**, Episcopus Parentin. et Polen. — **Martinus Ioeseh**, Episcopus Budvicien. — **Eugenius Carolus**, Episcopus Tridentin. — **Ioeseh**, Episcopus Gürcen. — **Franciscus Maria**, Episcopus Lincien. — **Michael**, Episcopus Lavantin. — **Philippus**, Episcopus Spalaten. et Macarscen. — **Colomannus**, Episcopus Tricalen., apostolicus Vicarius castrensis. — **Ioeseh Gregorius**, Episcopus Ragusin. — **Eduardus Ioannes Nep.**, Episcopus Reginae-Hradecen. — **Leopoldus**, Episcopus Secovien. — **Franciscus**, Episcopus Catharen. — **Ioannes Bapt.**, Episcopus S. Hippolyti. — **Matthaeus**, Episcopus Sebenicen. — **Constantinus**, Episcopus Premislien., Sanaehien. et Samborien. Ruthenorum. — **Antonius**, Episcopus Veglen. — **Antonius Bonaventura**, Episcopus Labacen. — **Ioeseh Sebastianus**, Episcopus Premislien. Latinorum. — **Leo**, Episcopus Tarnovien.

Basilus Faciewicz, Vicarius capitularis Stanislao-politan. Ruthenorum. — **Iacobus Moszoro**, Vicarius capitularis Leopoliensis. Armenorum. — **Iacobus Novak**, Vicarius capitularis Pharen. — **Franciscus Petronio**, Vicarius capitularis Tergestin. et Iustinopolitan.

2.

Adresse des österreichischen Gesamt-Episcopates an den Heiligen Vater.

Beatissime Pater!

Cum hinc ante aliquot annos conveneramus, Sanctissime Pater, Tibi patere voluimus votum, quo vehementer flagrabamus, fore, ut nobis daretur, Te auspice, Te duce et rectore, ingredi in praesens, quod tunc instabat, saeculum.

Quod tunc desiderabamus quodque in totius Ecclesiae decus et utilitatem speravimus, Deo benignissime annuente, adepti sumus; qua de re cumulatissimas gratias divinae Maiestati reddimus, summopere laetantes, saeculum vicesimum, Te incolome, inchoatum, Teque auctore illud idem Christo Redemptori dicatum fuisse, id super omnia exoptantes, ut sicuti Christi decoratur nomine, ita et regatur imperio et fulciatur auxilio.

Eidem vero consilio consentaneum fuit, quod peropportune hoc anno sacri iubilaei beneficio totum orbem uti

voluisti; quo beneficio una cum populis nobis commissis ubertim uti sumus, non sine fructu verbi divini et pietatis augmento.

Istud quoque Tibi in acceptis referimus; sed quod catholici homines per totum orbem ovantes Redemptori, Te excitante, tribuere voluerunt, catholici nominis hostes aegerrime tulerunt, ita ut in rabiem acti, primitias ineuntis saeculi perturbare, Christo bellum atrocius solito indicare, Ecclesiam universam ipsamque Petri sedem concutere, imo eidem exitium parare allaborent. Quas ubique fere terrarum insidias tetenderint, imo acerrimas pugnas inferant, edicere non vacat, at ingemiscimus omnes. Etiam in austriacis nonnullis ditionibus efferbuit clamor eorum, qui romanae unitati nuntium mittendum perstrepunt, quique incautos homines e coetu Ecclesiae avulsos in septa haereticorum pertrahere connituntur. Asseclae, quos expiscantur, pauci

quidem sunt, maxime si cum ingenti molimine numerus componitur; ceterum nullo quamvis fallacis religionis studio incenduntur eiusve speciem prae se ferunt; politicis quippe contentionibus rerumque novarum profana cupiditate abripiuntur, in Principem non minus quam in Apostolicam Sedem iniuriosi, ceterum et plausu haeticorum allekti et pecunia subnixi.

Haec quidem molimina cohibere non potuimus; sed eam pestem propulsare non negleximus; et his quoque diebus, conamina nostra ingeminantes, Caesarem petitionibus nostris adimus, ut avitae religioni praesidium validius praebere velit, ministros clavo reipublicae regendo praepositos convenimus, ut iniurias Ecclesiae catholicae illatas repellant efficacius, populum denique iterato monemus et obsecramus, ne a fide maiorum degeneres impiorum illecebris se abduci patiantur.

Non tantopere autem moveret eorum iactura, qui lapsi sunt, sed plurimum contristat sors innocentis sobolis aut natae aut nascituae, quae christiana educatione carebit.

Ceterum ad generationis adolescentis eruditionem et profectum, istius etiam Apostolicae Sedis monitis obtemperantes, catechismum omnibus dioecesibus nostris communem, in scholis pariter et in templis adhibitum, diligentissimis curis revisum, ornatum et expolitum edidimus, ita ut, quantum arbitramur, nihil ferme desiderandum relinquat, et ab eiusdem usu non modicum fructum bonae institutionis et educationis sperare liceat; etsi hoc ipsum parum mederi possit rationi scholarum publicarum, quas nonnulla ex parte spiritu moderno religionis incurioso aut eidem plane infenso satis imbutas ad saniolem indolem revocare incassum laboravimus.

Inter ea, quae nuper Tibi in acceptis retulimus, istud etiam gratantes connumeramus, quod datis sapientissimis litteris „Graves de communi“ luculenter indigitasti, quae via, quibus consiliis et industriis tum sacri ordinis viri tum laici rebus oeconomicis apte moderandis, dissidiis hac in re componendis et temporalibus quoque commodis modestisque opibus christianae plebis adaugendis studere debeant, morem Ecclesiae secuti, quae nullo non tempore populis suis curas vere maternas devovit, illos praeprimis amplexata, qui minimi censerentur et minore copia bonorum in terris fruerentur; hanc vero viam, hanc industriam, quam vulgo „actionem catholicam“ vocant, libentes studioseque inimus.

Neque reticemus dolorem, qui ut Tibi, Sanctissime Pater, inest et nobis; etenim post longum annorum decursum nihil immutata rerum facie, eadem premeris indigna servitute, quae Tibi et universae Ecclesiae fere incomportabilis est. Utinam autem Tibi in libertatem et faustitatem communi Patri debitam vindicando vires nobis afforent pares voluntati!

Non unum itaque est, quo angimur, nec non perturbat praevisio futurorum malorum saeculo ineunte; attamen animum non despondere et solerter agere propositum est, eo opitulante, quem imploramus „Apostolum et Pontificem confessionis nostrae Iesum“¹, „Pastorem et Episcopum animarum nostrarum“².

Simul autem, infirmitatis nostrae admodum conscii ad Te, Beatissime Pater, suspicimus, Tuoque praesidio communiri petimus; nec enim obliterated est vigor verborum illorum, quibus Dominus noster beatum Petrum et in eius persona eiusdem successores allocutus est, inquires: „Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos“³. Interim vero precamur enixe, ut in bonum Ecclesiae et in fratrum omnium solatium benignissimus Deus Te diu sospitem faciat, exauditaque precis pignus det anno proxime vertente vicesimum quintum natalem Pontificatus Tui profusis gaudiis celebrare.

Viennae in dedicatione basilicarum Ss. Apostolorum Petri et Pauli 1901.

Antonius Ioseph Cardinalis **Gruscha**, Archiepiscopus Viennen. — **Georgius** Cardinalis **Kopp**, Episcopus Vratislaven. — **Iacobus** Cardinalis **Missia**, Archiepiscopus Goritien. — **Leo** Cardinalis **de Skrbensky**, Archiepiscopus Praegen. — **Ioannes** Cardinalis **Pužyna**, Episcopus Cracovien. — **Ioannes**, Archiepiscopus Salisburgen. — **Theodorus**, Archiepiscopus Olomueen. — **Andreas**, Archiepiscopus Leopoliem. Ruthenorum. — **Ioseph**, Archiepiscopus Leopoliem. Latinorum. — **Matthaeus**, Archiepiscopus Iadren. — **Emmanuel Ioannes**, Episcopus Litomericen. — **Franciscus Sal.**, Episcopus Brunen. — **Simon**, Episcopus Brixin. — **Ioannes Bapt.**, Episcopus Parentin. et Polen. — **Martinus Ioseph**, Episcopus Budvicen. — **Eugenius Carolus**, Episcopus Tridentin. — **Ioseph**, Episcopus Gurcen. — **Franciscus Maria**, Episcopus Lincien. — **Michael**, Episcopus Lavantin. — **Philippus**, Episcopus Spalaten. et Macarscen. — **Colomannus**, Episcopus Tricalen., apostolicus Vicarius castrensis. — **Ioseph Gregorius**, Episcopus Ragusin. — **Eduardus Ioannes Nep.**, Episcopus Reginae-Hradecen. — **Leopoldus**, Episcopus Secovien. — **Franciscus**, Episcopus Catharen. — **Ioannes Bapt.**, Episcopus S. Hippolyti. — **Matthaeus**, Episcopus Sebenicen. — **Constantinus**, Episcopus Premislien., Sanachien. et Samborien. Ruthenorum. — **Antonius**, Episcopus Veglen. — **Antonius Bonaventura**, Episcopus Labacen. — **Ioseph Sebastianus**, Episcopus Premislien. Latinorum. — **Leo**, Episcopus Tarnovien. — **Basilus Faciewicz**, Vicarius capitularis Stanislapolitan. Ruthenorum. — **Iacobus Moszoro**, Vicarius capitularis Leopoliem. Armenorum. — **Iacobus Novak**, Vicarius capitularis Pharen. — **Franciscus Petronio**, Vicarius capitularis Tergestin. et Iustinopolitan.

¹ Hebr. 3, 1. — ² Petr. 2, 25. — ³ Luc. 22, 32.

3.

Antwortschreiben des Heiligen Vaters auf die Adresse der Bischöfe.

Dilectis Filiis Nostris

Antonio Iosepho Tit. S. Mariae Angel. in Thermis S. R. E.
 Presb. Card. GRUSCHA Archiep. Vindobonensium,
 Georgio Tit. S. Agnetis extra moenia S. R. E. Presb.
 Card. KOPP Episcopo Vratislaviensium,
 Iacobo Tit. S. Stephani in Coelio Monte S. R. E. Presb.
 Card. MISSIA Archiep. Goritiensium,
 Leoni S. R. E. Presb. Card. de SKRBENSKY Archiep.
 Pragensem,
 Ioanni S. R. E. Presb. Card. PUZINA Episcopo
 Cracoviensium,
 Ceterisque Archiepiscopis et Episcopis Austriacae
 ditionis.

LEO PP. XIII.

**Dilecti Filii Nostri Et Venerabiles Fratres, Salutem
 et Apostolicam Benedictionem.**

Multis quidem incommodis atque illis profecto non
 modicis, quibus hoc maxime tempore Ecclesia apud vos
 agitur, vestra sollertia divino beneficio repugnavit op-
 portuneque prospexit. Haec vestris e litteris cum iucundi-

tate Nos et gaudio cognovimus, probeque inde sensimus
 quantum ad cavenda catholico nomini detrimenta valeant
 coniuncta episcoporum studia sociataeque voluntates. Rem
 enim vestrum omnium opera sic esse constitutam laetamur
 ut sperare liceat eorum impetum iri repressum qui ani-
 morum cum Petri cathedra coniunctionem dirimere conantur,
 atque etiam bona sit spes ab impietate posse adolescentium
 ingenia vindicari, quos et domi et litterariis in ludis
 Christianae fidei praeceptis instituendos curatis. Illud etiam
 sollicitos vos tenet inopem libertatis esse Romanum
 Pontificem: quod quidem nimium quantum obest et Sedis
 Apostolicae dignitati et progrediendi Religionis bono. Ad
 has autem levandas calamitates pergite, Dilecti Filii Nostri
 et Venerabiles Fratres, incumbere magna animorum con-
 tentione; augeat vero alaeritatem vestram divinisque gratiis
 permuniat Apostolica Benedictio, quam vobis omnibus ac
 populis vigilantiae vestrae creditis amantissime in Domino
 impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die IV Decembris
 MCMI, Pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

LEO PP. XIII m. p.

4.

Das 25jährige Pontificatsjubiläum Sr. Heiligkeit Papst Leo XIII.

Nachdem im Kirchl. Verordnungs-Blatte für die La-
 vanter Diöcese vom 1. Juni 1901, Nr. IX. Absatz 45, dem
 Schreiben des Cardinalvicars Sr. Heiligkeit vom 24. Mai
 1901 gemäß öffentliche Gebete in den Kirchen der Lavanter
 Diöcese mit dem Zwecke angeordnet worden waren, um von
 Gott die besondere Gnade zu erflehen, daß unser glorreich
 regierender Heiliger Vater, Papst Leo XIII., in seinem hohen
 Alter den Beginn des 25. Jahres seines gesegneten Pontifi-
 cates glücklich erlebe, wurden vom sechsten Sonntage nach
 Pfingsten, das ist, vom 7. Juli 1901 als dem Feste des
 kostbaren Blutes unseres Herrn Jesu Christi angefangen, in
 allen Pfarr- und Klosterkirchen der Diöcese bis nun nach-
 stehende Andachten abgehalten: Am besagten Sonntage fand
 ein feierlicher Gottesdienst statt, wobei die Gläubigen in an-
 gemessenem Vortrage über die Bedeutung der Feier belehrt,
 bezw. aufgefördert worden sind, zu Gott für die Erhaltung

des theuren Lebens Sr. Heiligkeit des Papstes mit allem Eifer
 zu beten. 2. Von jener Zeit an schaltet der Priester bei jeder
 heiligen Messe, sobald es die Rubriken gestatten, die Oratio
 pro Papa ein. 3. An jedem Sonn- und Festtage betet der
 Seelsorgepriester bei dem nachmittägigen Gottesdienste gemein-
 schaftlich mit dem Volke ein Vaterunser, ein Begrüßet seist
 du Maria und Ehre sei dem Vater, und sodann den
 Versiculus, das Responsorium und das Gebet für den Papst,
 so dieses gebetet wird bei Abbetung der Allerheiligen-Vitanei.

Und das eifrige, innige und andachtsvolle Gebet des
 Clerus und Volkes hat Gott in seiner unendlichen Erbarmung
 und Liebe gnädigst erhört. Der Heilige Vater Papst Leo XIII.
 tritt in das 25. Jahr seiner ruhmvollen Regierung mit un-
 gewöhnlicher Geistes- und Körperfrische ein, und obwohl ein
 Greis von nahezu 92 Jahren, lenkt er doch mit ungeschwächter
 Kraft das Schifflein Petri, wenn auch Stürme es umtoben.

Finsterniß ist die Sturmesnacht,
Doch der Leuchtturm glänzt im Dunkeln;
Und der Wächter, der dort wacht,
Macht das Feuer heller funkeln.
Millionen voll Vertrauen
Auf den treuen Wächter schauen.

Es haben aber die Gläubigen der heiligen katholischen Kirche, die in ihrer mütterlichen Liebe alle fünf Welttheile umfaßt, wohl auch allen Grund, für das Wohl und Leben gerade dieses Heiligen Vaters vertrauensvoll zu Gott zu stehen. Papst Leo XIII., der zweite Papst in der langen Reihe der Päpste, der seit den Zeiten des heiligen Apostelfürsten Petrus das seltene Fest des 25jährigen Pontificatsjubiläums wird feiern können, nachdem er zuvor das diamantene Priester- und das goldene Bischofsjubiläum zu feiern imstande war, ist nicht nur ein guter und liebevoller Vater seiner Kinder, deren er mehr denn 200 Millionen zählt und deren Herzen ihm gleich liebevoll entgegen schlagen, sondern er ist auch ein großer Papst, ein lumen de coelo, eine wahre Lichtgestalt in unserer trüben, an glaubens- und charakterfesten Männern armen Zeit. Wer kennt nicht seine herrlichen Rundschreiben, die in ihrer Weisheit und Kraft alle Gläubigen entzücken und erheben, und die selbst Andersgläubige zwingen, zur geheiligten Person des römischen Papstes, des Statthalters Jesu Christi auf Erden, mit Bewunderung und Ehrfurcht aufzublicken!

Wir können nicht umhin, darauf hinzuweisen, daß unser Heiliger Vater in diesem Jahre auch noch zwei andere gleich seltene Jubiläen beginnt, beziehungsweise beginnen wird. Am 27. Jänner 1843 wurde Mgr. Pecci zum Erzbischof von Damiette präconisiert und empfing die Bischofsweihe in der Basilica von St. Lorenzen in Panisperna durch den Cardinal-Staatssecretär Lambruschini. Hiernach beginnt also Papst Leo XIII. in wenigen Tagen das 60. Jahr seiner erzbischöflichen Würde, wird somit im Jahre 1903 die Feier seines diamantenen Bischofsjubiläums begehen. Im Consistorium vom 19. December 1853 wurde Erzbischof Pecci vom Papste Pius IX. zum Cardinal der heil. römischen Kirche ernannt, wonach also im kommenden Jahre 1903 der greise

Papst auch noch das 50. Jahr in seiner Würde als Cardinal vollendet, hiemit sein goldenes Cardinalsjubiläum feiert. Im Jahre 1903 begeht somit unser Heiliger Vater das diamantene Bischofs-, das goldene Cardinals- und das silberne Pontificatsjubiläum.

So verdoppeln und verdreifachen wir denn noch in Zukunft unsere Andacht und unseren Eifer im Gebete für das Wohlergehen unseres Heiligen Vaters, auf daß ihm Gott die Gnade gebe, wie den Tag des begonnenen, so auch den Tag des vollendeten 25. Jahres seines ruhmgekrönten Pontificats und die zwei anderen Jubiläen zur größten Freude seiner lieben treuen Kinder schauen und feiern zu können.

Damit auch Gott noch diese unsere innige und aufrichtige Bitte gütigst erhöere, werden auf Grundlage der gemeinsamen Beschlüsse des österreichischen Episcopates vom November 1901 als Ergänzung zu den früheren Weisungen noch nachstehende Anordnungen getroffen:

1. Wie bisher, so ist auch in Zukunft, und zwar bis zum 20. Februar 1903 an allen jenen Tagen, an welchen es die Rubriken gestatten, von den Priestern bei der heiligen Messe die Oratio pro Papa einzuschalten. Ingleichen ist bis zum genannten Termine auch das gemeinschaftliche Gebet mit dem Volke bei dem nachmittägigen Gottesdienste fortzusetzen.

2. An dem auf den 20. Februar d. J. folgenden Sonntage, d. i. den 23. Februar d. J. (Dom. 2. Quadrag.), ist ein solennes Hochamt mit vorausgehender, entsprechender Predigt in jeder Pfarr- und Klosterkirche der Diöcese zu halten. Die heilige Messe selbst kann als missa votiva solemnis behandelt und in weißer Farbe (Missa de ss. Trinitate pro gratiarum actione) mit Gloria und Credo gelesen werden.

3. Am Vortage, Samstag den 22. Februar d. J. ist abends nach dem Ave Maria-Läuten der Beginn des Papstjubiläums mit allen Glocken der Pfarr-, Filial- und Klosterkirchen feierlich einzuläuten.

Videat ergo Beatissimus Pater noster Papa Leo XIII. sospes diem natalem Pontificatus sui vicesimi quinti diemque ipsum peracti istius Pontificatus et adhuc alios dies multos et faustos!

5.

Pfarrconcursprüfungen

finden im Jahre 1902 am 29. und 30. April und 1. Mai und am 2., 3. und 4. September in der fürstbischöflichen Residenz zu Marburg statt. Die Gesuche um Zulassung zur

Pfarrconcursprüfung sind wenigstens 14 Tage vor der Prüfung durch das betreffende F. B. Decanalamt beim F. B. Ordinariate einzubringen.

6.

Die heiligen Öle

sind wie gewöhnlich am Gründonnerstage in der F. B. Ordinariatskanzlei abzuholen. Die Ölgefäße sind vorher sorgfältig zu reinigen.

7.

Zur Versicherungsfrage gegen Brandschaden.

Aus Anlaß der Auflösung des Versicherungsvereines „Unio catholica“ wurde an den wohllehrwürdigen Diöcesan-Clerus unter dem 9. Jänner 1902 nachstehende Note hienamts gerichtet und wird nun zur Darnachachtung hier neuerdings mitgetheilt:

„In Nr. 300 hat die „Wiener Zeitung“ eine Kundmachung vom 30. December 1901 veröffentlicht, der zufolge die k. k. niederösterreichische Statthalterei mit dem Erkenntnisse vom 26. December 1901, Z. 120.002 den Versicherungsverein „Unio catholica“, Verein für gegenseitige Schadenversicherung in Wien, von amtswegen aufgelöst und die sofortige Einstellung der Vereinsthätigkeit verfügt hat.

Demnach kann beim Personale dieses Vereines vom 1. Jänner 1902 an eine Versicherung gegen Brandschaden oder Glockenbruch nicht mehr stattfinden, wohl aber gelten laut der erwähnten Kundmachung die bisher bestellten Versicherungen, wie auch die bereits liquidierten Schäden noch zur Auszahlung gelangen.

Etwaige Rückstände der Versicherungs-Prämien sind bis zum 31. Jänner 1902 direct an den Curator des aufgelösten Vereines, Rechtsanwalt Dr. Robert Pattai in Wien, einzusenden, anderenfalls aber würden sie gerichtlich eingefordert werden. Die Auszahlung der bereits liquidierten Schäden wird auch durch denselben erfolgen.

Jene Versicherungen, die bei der „Unio catholica“ vor dem 31. December 1091 bestellt wurden, bleiben bis zum 15. Februar 1902, mittags 12 Uhr, wirksam, sodann aber sind sie ohne Ausnahme außer Kraft gesetzt. Hingegen würden etwaige bis hin eintretende Schäden, dank der Hülfeleistung einiger Versicherungsanstalten, bis zum angegebenen Termine reuuiert werden, so daß aus Anlaß der Auflösung der „Unio catholica“ für die Versicherten ein Schaden nicht erwächst.

Bei dem Umstande nun, als auch in der Lavanter Diöcese kirchliche Entitäten beim aufgelösten Vereine versichert sein dürften, werden die Herren Seelsorger hienmit angewiesen, obige Andeutungen im Auge zu behalten und zeitrecht die nothwendigen Neuversicherungen einzuleiten.

Hiebei wollen sie betreff der Wahl einer Versicherungsanstalt an die hieramtlichen Verfügungen (Kirchl. Verordnungs-Blatt, 1901, Nr. XIV, S. 181) sich halten, indem die da selbst genannte Gesellschaft, Riunione adriatica di sicurtà in Triest, für diesen Zweck am besten sich eignen dürfte, zumal sie auch Versicherungen gegen Glockenbruch und Einbrüche annimmt. Sollte aber jemand eine andere Anstalt behufs Versicherung kirchlicher Bauobjecte in Aussicht nehmen, so wäre zuvor die Bewilligung zur Abschließung des Versicherungsvertrages beim F. B. Consistorium einzuholen.“

F. B. Lavanter Ordinariat zu Warburg.

am 10. Jänner 1902.

† **Michael,**
Fürstbischof.